



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titulus XXXV. De Pactis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](#)



# TITVLVS XXXV.

## De Pactis.

**H**is Treuga & Pax induci firma-  
rique, & controversia non  
solum jam ortæ finiri spon-  
taneæ : sed, ne facile excitari  
queant, partes convenire solent & im-  
pedire.

### ARTICULUS I. De Pacti Natura, Va- rietate & Vi.

#### SUMMARIUM.

1. *Pacti etymon,*
2. *Definitio,*
3. *Et differentia a Pollicitatione, Con-  
tractu, Transactione :*
4. *Ab Ultima voluntate & judicio Se-  
natorum &c.*
5. *Divisio in Publicum & Privatum,*
6. *Expressum & Tacitum,*
7. *Nudum & Legitimum,*
8. *Nudum diversimodè Legitimum e-  
vadit.*
9. *Secundum aliquos adjectione Jura-  
menti :*
10. *Quod alii verius negant.*
11. *Ex speciali Juris assentia ipsum,*
12. *Et Pollicitatio etiam Actionem ali-  
quando producit :*
13. *Quâ assentia cessante, ista,*

14. *Et votum etiam exigit acqui-  
nem.*
15. *Nudum Pactum obligationem nu-  
taralem :*
16. *Non etiam Actionem producit  
Jure Civili.*
17. *Canonico eam produci, dispu-  
tament :*
18. *Melius alii negant :*
19. *Et si affirmantium Opinio non certa  
probabilitate,*

**P**acti nomen, Juridici Viderus &c. 1.  
Pactum 14. de V. S. à Pace. Ul-  
pianus hanç & ipsum Pactum à  
Pactione, l. 1. §. 1. ff. hic, cu-  
jus pactum est effectus: Gonzales autem  
in c. 1. n. 9. Grammaticali derivatione  
ipsum & Pacem, atque etiam Pacionem,  
à priscis verbis *Pago* cum Contra-  
no Lib. 5. Comment. cap. 1. n. 8. vel cum  
Festo V. *Pax à Paco*, idem quod *Pact-*  
*sor* denotantibus, deducit volunt.  
Sumitur autem Pactum in Jure alii  
quando specificè pro Conventione, Con-  
tractui opposita, l. Jurisgentium 7. 4.  
4. & 5. ff. l. Legem 10. C. hic & l. Doli 19.  
ibi, Contractibus & passionibus ff. de No-  
nat. Aliquando, ut l. Si nro 27. §.  
2. ff. hic l. Duo 71. ff. pro Socio 5. l. Es-  
Arrbali patio 3. C. de Action. emp. &  
saltēm in nobis proposita Rubrica illigat  
subjectis textibus genericè, prout con-  
ventionis.

ventiones plene omnes, ac proinde etiam reciprocas & Contractus includit. Quod modò sumptum ab Ulpiano dicitur esse duorum consentius vel conventio, *l. Pactum 3. ff. de Politice. & explicatiū l. I. cit. §. 2.* duorum plurium in idem placitum consensus, subintellige, *De dando aliquo aut faciendo, cum Glossa ibi V. In idem. Unde*

- 3.* Differt Pactum, imprimis à Pollicitatione, sive promissione simplici & nondum acceptata; quod ista tantum unius, nempe solius offerentis, promissione: pactum autem duorum pluriumve consensu & conventione perficiatur, *l. cit. l. i. §. 2. & l. Pactum 3. junctā Glossa ff. de Politice.* Deinde, à Contractu & Transactione, sicut genus à specie; quia Pactum quascunque: Contractus autem propriè acceptus eas duntaxat conventions comprehendit, qua *ovādāyua*, hoc est, ulro citrōe obligatiōnē pariunt, ut sunt Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Societas &c. *l. Labeo 1. ff. de V. S. Transactionē vero eas tantum, quae de re dubia & controversa, aliquo dato, retento, remisso vel promisso inveniuntur, l. Transaction 38. C. de Transact.*
- 4.* à Testamento quoque & Codicillo omnique alia Ultima voluntate; quod ista unius tantum voluntate: pactum autem duorum aut plurium consensu confeatur. Et demum à Consiliariorū & Doctorum, in idem conspirantium iudicio ac sententia; quod, licet ista duorum pluriumve in idem placitum consensus: non tamen, ut Pactum, de datione aut factō aliquo alteri ab altero præstanto sit, ut ex consentientium intentione in eorum uno a-gendi aut recipiendi jus, in altero præstandi obligatio oriatur.

- 5.* Paeti haec tenus declarati partitiones præcipue tres: & istarum prima est in Publicum & Privatum: quorum illud ob

causam publicam sive Reipublica, ut fœderā, pax, inducīa per eum, penes quem suprema potestas est: illud ob privatam utilitatem initur, *l. Conventionū 5. ff. bīc.*

Altera in Expressum, quod pacifcentium consensu verbis, per epistolam, aut aliō modō palam declaratō initur: & Tacitum, quod eorundem consensu, ex factō aliquo præsumptō, initum intelligitur, *l. Labeo 2. ff. eōdem.*

Tertia, sāque celeberrima in Nudum & Legitimum illud, sive simplex pactum est, quod *In nudis placiti finibus stat, l. Si tibi 27. C. de Locato*, sive, quod solo pacifcentium consensu seu conventione & naturali aequitate nititur ita; ut neque proprium nomen certi Contractus fortior, neque præter conventionem aliam habeat causam, vg. dationem aut factum unius ex pacifcentibus, neque etiam formam aut solennitatem, à qua ad efficaciter obligandum & Actionem, de Jure saltem Civili producendam accipiat, firmitatem, vg. si inter duos placuit, libros suos commutare; hac enim conventione ante libri traditionem ab altero factam pactum Nudum vocatur; quod neque speciale nomen, neque etiam causam habeat, neque aliud quidpiam, ratione cuius actionem de Civili Jure producat. Legitimum sive, ut passim, sed vulgi potius usu, quām Jure proditō vocabulō nuncupari solet, Vestitum pactum est, quod ultra simplicem partium conventionem transit in proprium nomen Contractus vg. emptionem, venditionem, locatio-nem, conductiōnem, vel accedens aliud administriculum vg. traditionem, factum, stipulationem, vel adjunctionem ad contractum nominatum habet, ratione cuius efficacem obligationem & Actionem patrit. Ita Interpp. ad c. 1. hic & l. Juris gentium cit. & cæteri DD. passim.

8. **Pacta Nuda** diversimodè vestiuntur, atque, ut Legitimorum instar Actionem seu conventionem judicialem producant, confirmantur: Et primò quidem, si, ut jam dictum, transant in contractum Nomинatum in genere suo perfectum vg. Emptionem, Locationem; Commodatum, *l. Jurigentium cit. pr.*

Secundò, si ex altera parte secuta sit traditio sive impletio promissionis, prout fieri solet in Contractibus Innominatis vg. si ex duobus, inter quos convenit de libris suis communandis, sui libri traditio ab uno alteri sit facta, *l. Naturalia 5. ff. de Præscript. verb.* Molina *Tratt. 2. de J. & J. disp. 25. n. 4.*

Tertid, si ei accedat Stipulatio, vg. si uno interrogante, Promitto te mihi pro equo duos boves daturum, alter respondet, Promitto, *l. Ex placito 3. C. de Rer. permis.*

Quartò, si in continenti adjungatur pacto legitimo, vg. cum quis domum suam alteri vendens vel locans in continenti, sive antequam ad alia divertat, cum eo pacificatur de adiacente agro colendo; tale enim pactum per cohaerentiam cum venditione vel locatione ita firmatur, ut ex eo Civilis obligatio & actio oriatur, *l. Jurigentium cit. §. 5.* Molina *l. cit. num. 5.*

Quintò, si pactum fiat in iudicio; tale enim ad agendum proficere, in *l. Licet 3. ff. de Pecul.* notat Bruneman, *n. 8.* & ex *l. Cū ostendimus 4. ff. de Fidejuss. & nominar. Tūt.* defumit Wesenbecius in *ff. ad banc Rubr. n. 9.* id, quantumvis negent alii, eā suadens ratione; quod in iudiciis quasi contrahatur, *l. Licet cit. §. 11.* ex quasi contractu autem obligatio & actio oriatur, *pr. Instir. de Oblig. ex quasi contr. 8.* & quae in iudiciis fiunt, exuparent omnem contractuum solennitatem.

Sextò, confirmari hodie pada lo-

ment per publica instrumenta tabellonia, aut etiam simplices scripturas, ab ipsi promittente subscriptas & obligatas, Panormit. in c. 1. n. 4. Wefenbeci. & Laiman *Lib. 3. Tratt. 4. cap. 6. n. 2.*

Septimò, eadem sive nuda patatio, &

jectione juramenti confirmari & actiones producenda vim nancifci, cum Covero

via in *c. Quamvis 2.* in *b. p. 2. §. 4. n.*

*26. cit.* Molina *disp. 25. n. 4. Leit.*

*Lib. 2. de J. & J. cap. 17. n. 2.* & illi

vult Hauncidus *Tom. 3. de J. & J. n. 8.*

*n. 20.* quod, cum juramentum sive

Jure civili invalidos confirmandi vi pat-

leat, auth. *Sacramenta pubera C. Sub-*

*vers. vendit.* arg. à fortiori sedimenta

fit vis, confirmandi nuda pacta sive con-

ventiones, sive vi obligationem natura-

lem in foro Conscientia inducent, & in

melius alii, sicut de actibus Jure Civili

irritatis aliter sentiunt, sic etiam nuda

pactis actionis producenda vim à jura-

mento adjecto conferri negat; quod bu-

jusmodi vim juramentum non habeat ex

sua natura; cum sua natura etiam Re-

ligionis duxat, non sufficit obligationem

pariat: neque etiam ex legi dispe-

sitione; cum, quae eam vim juramento

conferat, lex nulla uspiam exeat, ut *Lai-*

*tit. 24. art. 6.* ostenderetur,

Ostavò denique, ex speciali affinitate

sive privilegio Juris, quantumvis ne-

do confusu ineantur, & actionem produ-

cunt pacta Sponsalitia, sive de futuro me-

trimonio simpliciter & absque stipula-

tione converta, *l. Sufficit 4. ff. de Sp. 1.*

promissio dotis, *l. Ad actionem 6. C. 6.*

*Dotis promiss. simplex donatio sive pro-*

*missio de donando, l. Si quis agentem*

*35. §. 5. C. de Donationib. pactum,* quod

quis promitterit solutionem debiti alieni

vel, quod debitum proprium alio die vel

locō se soluturum constituit; talē e-

nī promissione obligationem efficacem

& Actio-

- & Actionem Civiliem, quæ de Constituto appellatur, produci, patet ex l. i. l. Quod si 2. ff. de Constit. pec. §. De constituta 9. Institut. de Actionib. Glossa in l. Jurisgen- tium cit. §. 4. V. Igitur & cit. Molina disp. 255. à n. 8.
12. Quin, ex simplici etiam Pollicitatione Reipublicæ, in gratitudinem ob honorem ab ea acceptum aut accipiendum: vel in reparationem adficii, terræ motu, incendiō, vel aliâ ruinâ destructi: vel ad promovendum, quod ab ea cæptum est, opus factâ obligatio nascitur; ut, quod promissum est, exigi queat, lege id constituentे & antecedenter quodammodo acceptante, l. Pactum 3. l. Propter incen- dium 4. l. Ob casum 7. Sc. ff. de Pollicitat. Haunold. cit. Tract. 9. n. 22. Quorum textuum dispositionem ad pollicitationes Ecclesiæ, infanti seu rationis usu carenti, aut alteri pia cause factas, perperam aliqui extendunt, apud Sanchez Lib. 1. de Matrim. disp. 6. n. 16. Nisi ejusmodi pro- missions Ecclesiæ vel alteri caufæ pia- fiant ob honorem Dei; ut Deo potius quād homini vel alii rei creatæ promis- sum censeatur; cum enim sic facta promis- sum voti rationem habeat, omnino ob- ligabit, ut cum Bartolo in l. Illud 2. C. de SS. Eccles. n. 6. & Sylvestro V. Pollicitatio idem advertit n. 17.
13. Extra casus itaque ll. cit. relatos, ex Pollicitatione, sive nudâ & non acceptata promissione, uslam etiam naturalem tan- tum & Conscientiæ obligationem non nasci, convenient inter plerosque alicujus nominis DD, quod, seclusa speciali legis dispositione, ut ex promissione quis alteri obligetur, necessarius sit mutuus con- sensus utriusque, l. 1. §. 3. ff. hic. Unde, isto deficiente, ac proinde ante acceptationem, promissio revocari libere potest; cum ejus revocatione promissarii jus ali- quod aut fides data non violetur, l. Si P. sit &
- ter 4. V. Sin autem ff. de Manumiss. vin- dicta, Clarus §. fin. q. 12. n. 3. cit. Covar- ruvias §. 4. n. 2. & Molina disp. 263. n. 10. Neque communi huic DD. sensui 14. adversatur; quod vota femel edita ne- queant revocari; quia alia istorum, & alia ratio est homini factarum promissio- num; cùm enim Deus votum sive factam sibi & animō solummodo conceptam at- que ad se directam promissionem: homo autem non nisi signis externis proditam sibi manifestatam, cognoscet, juxta il- lud, Homo videt ea, quæ parent, Domi- nus autem intueretur cor, 1. Reg. cap. 16. v. 7. Deus votum, hōc ipsō; quod eō fa-cta promissio de meliori bono sit, statim postquam editur, acceptare potest, & propter summam voluntatis sūe restitu- dimen censetur. Homo autem sibi fa- clam promissionem, antequam sibi mani- festetur, acceptare non potest: neque priusquam signo aliquo externo decla- ret, censetur. Quare mirum non est, quod homini factæ promissiones ante ac- ceptationem declaratae; non etiam vo- ta obnoxia sint revocationi, S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 1. C. 3. in C. cit. Sanchez disp. 7. n. 18. & Laiman Tract. 4. cap. 1. n. 3.
- Pactis autem sive promissionibus acceptatis & Jure non irritatis quibus 15. cunque; ac proinde etiam Nudo seu sim- plici, obligationem præstandi, quod pro- missum est saltem Naturalem, consci- entiam adstringentem induci, indubitate sententia est TT. & JCT. id desumem- tium partim ex claris textibus l. 1. ff. hic l. In his 5. §. 2. ff. de Solutionibus: qua- rum priori, Edicti de Pactis observandis æquitas, est Naturalis & congrua fidei humanae: posteriori, ex iis ipsæ etiam usuræ, ac proin multò magis aliae res pro- missæ deberi, asseruntur; ut merito pa- citorum, quæ neque dolō neque contra leges inita sunt, observantiam pollicitus sit &

fit & exceptionem adversus paciscentem concesserit Prætor, l. *Jurisgentium* cit. §. 4. ¶ 7. atque ejus, quod ex tali etiam pacto solutum est, repetitionem cum Paulo JCTo l. *Debitor* 59. §. fin. ff. ad S. C. Trebell. Imp. negarit, l. *Cum proponas* 21. C. hic: partim ex ratione; quia pacta & conventiones, etiam nuda, inventur consensu, verbis expresso & acceptato: cuiusmodi consensum, si de re licita initus & Jure irritatus non sit, ad fe naturaliter & in conscientia obligandum sufficere, ex communi DD. sensu tradunt Sylvester V. *Pactum* n. 4. & Lessius Lib. 2. de J. & J. cap. 17. n. 19.

16. Iisdem, sicut si legitima evadant, aut istorum vim speciali Juris privilegio obtineant, Actionem produci, ex dictis planum est: ita, si omnino nuda & privilegio aut aliò administriculò munita non sint, Actionis producendae vim eis non inesse, ex cit. §. 4. l. *Divisionis* 45. l. *Legem* 10. ¶ 1. In bona citt. & passim obviis iuribus certum, & recepta ratio est; quod, non passim & ex quovis pacto agi, quietis & felicitatis publica interfit; ne ex iis, facile & quotidie initis, ortarum & in dies subnascentium novarum litium multitudine Curia & tribunalia obruantur; cum Reipublicæ vix aliquid magis, quam copiosa litium seges, sit pernici- sum, c. *Finem* 5. de *Dolo* ¶ 1. *Properandum* 13. C. de *Judiciis*, *Canisius* in c. 1. n. 4. Ubi

17. Dubium & DD. in utramque partem magnò numerò militantium concertatione celebrata controversia est, an hujusmodi pactum Actionem de Jure saltem Canonico producat. Id enim cum Panormit. & Felino in c. 1. cit. defendant Gomez Lib. 2. *Var. cap. 9. n. 2.* Gutierrez de *Juramentop.* 1. cap. 34. n. 2. citt. Covarruvias §. 4. n. 14. Molina *disp. 257. n. 2.* famigerati duo Collegii nostri Ju-

ridici Antecessores, *Canisius* in c. 1. n. 2. & Befoldus Lib. 2. Pandell. ad hanc Rubric. & præter alios novissimè Pirching adhanc Rubric. n. 35. propter texus c. 1. cit. & c. Qualiter 3. quorum prius Antigono adverlus Optantium ex pto (inter Nudum & Legitimum non diffi- guendò) conventum, utique propria- ut inquit, Actione, Concilii Cartago- nensis PP. Universi pronuntiarunt, fa- servetur, *Pacta custodianur*. Polle- ri Gregorius M. *Studio* agendum, de- quuit, ut ea, que promittuntur, open- pleantur. Ratione redditum; quidam pactum etiam nudum implendum obligatio in conscientia detur, ejus violacione vol- vet peccatum: cuius continuatio ut eri- tur, SS. Canones, qui conscientia ho- minum confulere intendunt, c. *Novi* 13. de *Judicis* & c. fin. de *Præficij*, ratio- rum observationem præcipiendo, ad- sus contravenientem induisse videtur Actionem, tanquam medium efficax ad eorum observantiam & peccati evitati- nem obtainendam.

Nihilominus, hoc etiam Jure ex pto 1. deo nudo Actionem produci, cum *Sylvestre* in l. *Legem* cit. q. 7. & Alciato Lib. 1. *Pa- radox.* cap. 3. negat Facheius *Contra- vers. lib. 2. cap. 100.* Zetelius ad hanc Rubricam ff. n. 6. *Connarus* Lib. 5. Com- ment. cap. 3. *Gonzalez* in c. 1. cit. n. 1. *Palao Tract.* 32. *disp. 1. p. 3. n. 9.* *Haus- dus* Tom. 3. de J. & J. *Tract.* 8. n. 42. Et alii, permoti partim; quod à Jure Civili recedendum facilè non sit, nisi mani- sta decisio Canonica in contrario ha- beatur, arg. c. 1. & c. *Cum ex injunctio* 2. de *Novi Oper.* nunt., nullus autem extet canon, quod ex nudo pacto, Civili jure ne- gata, Actio concedatur: partim; quod SS. Canones à litium & controveriarum judicialium frequentia perinde, ut leges civiles abhorrent, c. *Finem* 5. & c. fin. de *Dolo*:

*Dolo*: & propterē adversus lādētēm infra justi pretii dimidium, licet graviter peccet & pretii defectum supp̄lere in conscientia teneatur, Actionem negent, c. *Cum dilecti 3. &c. Cum cau/a 6. de Empt. & Vendit.* ubi haec tantum ultra dimidium lāsis adstruitur, sicut de Jure Civili, *l. Rem major 2.C. de Rescind. vendit.*

In contrarium allata DD. isti facilè enervant: & imprimis quidem, *Qualitas cit. opponunt l. Jurisgenerium cit. §. 7.* quā, licet Prator diceret afferat, *Pacta servabo*, Jure tamen Protori quoque, non Actionem, sed Exceptionem ex pacto nudo competere, DD. passim notant. Deinde, c. i. cit. non de Nudo, sed de Legitimo pacto sermonem esse, volunt partim; quōd in pacto, inter Antigonum & Optantum Episcopos initio, præterquam quōd instrumentum super eo confectum & utriusque manu subscriptum sit, intervenerit actualis divisio plebis sive Episcopatum, atque ex parte Antigoni impletio conventionis, ut ex r. tit. integrā lectione à Gonzalez relata liquet: partim; quōd eō adversus Optantium non proposita Actio, sed manifesta ejus injuria laudati Conciliis Patribus canonice denuntiata, istorumque officium ab Antigono fuerit imploratum: & ab ipsis initia paktionis violatori in pœnam disciplina Ecclesiastica, sive excommunicatio, fuerit constituta. Unde, istō etiam textū nudē pacificenti veram Actionem sive conventionem judicialem indultam, minimē infertur. Demum, ut pacta custodiāntur, eorūque violatione peccata non continentur, satis caveri existimant per Canoniam denuntiationem vel implorationem officii judicis; ut peccatum continuante compellat ad paktionis obseruantiam, ut recte advercit cit. Palao n. 9. sicut ad contractum metu levi impulsus, eōve infra justi pretii dimidium lāsus,

licet Actionem directam non habeat, mētum tamen inferentem & lādētēm judici denuntiare, ejusque officium impolare potest; ut contractum rescindat, aut lādētēm ad ejus pretii defectum sup̄plendum compellat: atque hac ratione tollatur peccatum, quōd aliās continuaetur, arg. c. Novit. 13. de Judiciis Facheus cit. Lib. 2. cap. 25. & Sanchez Lib. 4. de Matrim. disp. 9. n. 5.

Ex duabus his Sententiis, sicut am. 79. plector posteriore, sic omnino probabilem censeo priorem; partim ex eo; quōd c. i. cit. Actionem ab Antigono intentatam, non obscurè indicare videatur vox *Convenit*, quae denotat Actionem: & licet inter memoratos Episcopos initum pactum fuerit legitimū, textus tamē in Decretales relatus eorum, quae hujusmodi pactum significant, nullam faciat mentionem, procul dubio, ut ejus dispositio omnibus etiam nudis pactis esset communis, ut probè adverbit Fagnanus in c. i. tit. n. 20. partim vero; quia hujus sententia etiam adversarii passim fatentur, ex nudo pacto serio & delibera- tē initio, Actionem dari ex Confuetudine; qua in dubio factos Canones interpre- tari potius, quām corrīgere censetur, arg. c. *Cum expeditat 29. pr. de Elect. in 6. & 1. Precipimus 32. in fine C. de appellat.*

## ARTICULUS II.

### De iis, inter quos Pa- cta ineuntur.

#### S U M M A R I U M.

20. *Pacisci possunt omnes, qui non prohibentur.*
21. *Prohibentur, qui consensum non habent,*

Y y y

22. *Vel*

22. *Vel non valent explicare :*  
 23. *Pupillus sine autoritate Tutoris :*  
 24. *Minor, Curatorem habens, sine isto,*  
 25. *Et Tute carens, de immobilibus :*  
 26. *Prodigus :*  
 27. *Servus :*  
 28. *Filius familias in prejudicium patris.*  
 29. *Idem mutuum accipiens defenditur S. C. Macedoniano*  
 30. *Quibudam casibus exceptio :*  
 31. *Extra quos SCTO. etiam in Conscientia est tutus :*  
 32. *Licet solutum non valeat repeteret.*  
 33. *SCTO. renuntiare nequit,*  
 34. *Etiam cum juramento :*  
 35. *Nisi solvere possit sine prejudicio patris consentientis.*  
 36. *Religiosus sine licentia pralati pacisci nequit :*  
 37. *Nisi in utilitatem Monasterii.*  
 38. *Et Prelatus de immobilibus sine consensu Capituli ;*  
 39. *Quod tamen superveniente illius patro convalescit,*  
 40. *Perinde ut, si ab initio valuerit.*

20. **P**acifci de genere permislorum est; ac proinde possunt omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem aliqui Naturâ, alii Lege, alii Canone.
21. Naturâ, qui vel consentire vel consenfum, ut percipi possit, verbis aut aliis signis exterius sufficienter explicare nequeunt: ut sunt Furiosus, extra dilucida intervalla, l. i. §. 12, ff. de O. & A. quia non intelligit, quod agit, §. Furiosus 8. Inst. de Inutil. Stipul. Amens, five mente captus & citra furorem delirans, arg. §§. citt. & infans nondum affectus usum rationis, l. cit. §. 13, quod etiam ipsis, quod agunt, non intelligent: &

destruantur consensu, quô pacta & tractus ineuntur. Ebrios, ebrietate, ut ajunt, Theologîa, five omnimodum mentis alienationem inducent, arg. i. i. §. 12, & 13, quod etiam ipse nequeat consentire. Surdus simul & mutus, ut consensum suum signis exterius nequeat declarare, arg. §§. citt. Si enim hoc posset, licet Stipulationis, verba ore prolatâ agentis, capax non sit, §. Mutum 7. Inst. de Inutil. Stipul, pacisci tamen & comprehendere non prohiberetur, l. In quibusque 48. ff. de O. & A. Gomez Tom. 2. cap. 14. n. 29.

Lege prohibentur primò, impes, five pupillus sine autoritate tutoris: nisi pacificando conditionem suum faciat meliorem, & non ipse alteri, sed hic ipsi obligetur, l. Obligari 9. ff. 15 p. Inst. de Autb. tutor. quod, eti jam intellige, quod agit, tam leve tamen & imbecille adhuc judicium habeat, ut obligacionis ex pacto profluentes gravitatem & prejudicium pro merito non valeremittant, Wefenbec, in ff. ad banc Rubr. n. 1.

Secundò, minor 25, annis curatore habens: qui sine illius consensu detenus suis pacificens æquè parum obligatur ac pupillus, l. Si curatorem 3. C. De in integr. refit. De Rebus, inquam; quia, cum curator ipsis, non perforce detur, obligacionem hanc duntaxat, non etiam res sufficientem, subire eum sine curatore posso ex l. Puberes 101, ff. de O. & A. cum Curacio desumit Fachineus Lib. 3. Contrivit, cap. 9. Si autem curatore non habeat, eti 25 de mobilib⁹ non pretiosum pacisci querat & obligari, id tamen agendo letis in integrum restitutioonis beneficium habet, l. Si curatorem cit. Ad immobil & mobilium pretiosorum alienationem tendem pactum & contractum, nisi decreatum iudicis accedat, valide inire non potest, l. Lex que 22. C. de Administr. Inv. vel rat. 8.

- rat. &c. Non solum 4. C. de Pred. minor. etiam, qui ætatis veniam impetravit, l. Eos qui 3. C. De his qui ven. impetr. quia hujus generis res minor alienare etiam cum curatore suo non potest, cit. Gomez n. 13. & Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 224. n. 20.
26. Tertiò prodigus, cui ne dilapidatione omnia dissiparet, bonorum suorum administratio à Magistrato est interdicta; hunc enim sine curatore suo, ut ex contractu vel pactione ipse obligetur & conditionem suam deteriore reddat, pacisci non posse, quantumvis alterum sibi obligare & acquirere valeat, patet ex l. Is cui 6. ff. de Administr. tut. vel curat.
27. Quartò, servus, ut civiliter obligatur, l. In personam 22. ff. de R. J. cum enim Jure Civili pro nullo habeatur, in eum non cadit obligatio civilis, l. Quod attinet 32. ff. de R. J. secundum quam & l. Servi 14. ff. de O. & A. ut naturaliter alios obliget sibi, & ipse obligetur aliis, regulariter pacisci potest, Zœsius inff. ad hanc Rubr. n. 14.
28. Quintò, filiusfamilias, sive in potestate patris constitutus, etiam pubes pacisci, sèque obligare nequit in præjudicium patris: eamque ob causam, licet bona Castrensis vel quasi, armatae vel togatae militiae intuitu quæstæ, quorum dominium & administrationem habet, spæstantem obligationem contrahere valeat, l. Filiusfamilias 39. ff. de O. & A. obligare tamen sine confusu patris contractu vel pactione aliquâ non potest bona Adventitia, quando eorum fructum & administrationem: & multè minus Profectitia, quorum dominium sive proprietatem pater habet, l. fin. §. 5. C. de Bonis, que liber. citr. Molina disp. 261. n. 3. & Sanchez Lib. 6. de Matrim. disp. 39. n. 7.
29. Præterea filiusfamilias tere non obligatur contractu mutui post SC. Mace-
- donianum, tempore & sua Vespasianni introductum odio Macedonis feceratōris: qui SC. to illi, sicut causam, sic etiam nomen dedit; quod pecuniam, parentibus mortuis primum solvendam, sub ingenti fœnore mutuam daret filiusfamilias: & inde illi vel prægravantis alieni aris impatientia infidientur parentum vitæ: vel, si illorum mortem expectarent, sæpe fœnoris in immensum excrescens mole obruerentur: aut, si ea se liberarent de bonis hæreditatis, solutione absumptis, ad extremam inopiam redacti vitam miseram exigere cogerentur. Cui Reipublicæ utique gravissimo incommodo ut occurreretur, & parentum vitæ atque incolumitati prospicere tur, SC. illò sanctum est; ut in posterum ex mutuo pecuniario conventus filiusfamilias à creditore intentatam Actionem elidere atque excludere posset ope exceptionis memorati SCti, l. i. &c. ff. & C. ad SC. Maced.
- Huic tamen non semper & præcipue locu non est, si filius mutuum accipiens sit miles; cum talis habeatur pro eo, qui sui juris sit, & non indigeat consensu patris, l. fin. C. Si habeat bona Castrensis vel quasi, l. cit. quia hujusmodi bonorum plenam administrationem habet, eorūmque respectu patremfamilias reputatur: si se patremfamilias esse simulavit, & suæ conditionis ignaro creditori perfuasit, l. i. C. vel publicè non filiusfamilias sed sui juris credebatur, itaque creditor, non vanâ simplicitate, nec juris ignorantiæ deceptus, ei mutuas pecunias dedit, l. Si quis 3. pr. ff. ad SC. cit. Si legationis vel studiorum causâ peregrè degens mutuum accepit ad alimenta aliquos sumptus necessarios, quos patris pietas non recularer, l. Macedoniani 5. C. eadē Rubr. si mutuum ei non in pecunia numerata, sed in aliis rebus sit da-

Yyy 2 tum: ni-

tum: nisi tamen ita fraus facta sit SCeo  
vg. frumento, vino, oleo mutuo datu; ut  
iis distractis comparata pecunia uteretur,  
*l. Item 7. §. 3. ff. ad SC. cit. de quo plu-*  
*ra ex officio Legistæ, hic resolvendum*  
*est*

Dubium & primi nominis contro-  
versia, an dicti SCti exceptione filius  
familias etiam in Conscientia sive anima-  
foro defendatur; hoc enim cum Covar-  
tuvia in c. Quamvis 2. in 6. p. 2. §. 3.  
n. 4. negat Echinezus Lib. 2. controversiali  
cap. 63. & movetur dupli ratione. Unâ;  
quod filius familias ex mutuo creditori  
obligetur naturaliter, *l. Quia naturalis*  
*10. ff. ad SC. cit. & propterea, quod in-*  
*super habitâ exceptione, quæ ex illo com-*  
*petebat, solutum est; nequeat repetere,*  
*l. Sed si 9. §. 4. & 5. ff. ibid. cùm aliâ;*  
*quod naturaliter etiam indebitum erat,*  
*errore solutum repeti valeat, & ab eo,*  
*eui solutum est, non valeat retineri, l. In-*  
*debitum 7. l. Quod pupillus 41. ff. de*  
*Condit. indeb. Alterâ; quod exceptio*  
Macedoniana sit penal & naturali  
contractus obligationi, ante illam proditam  
orta, deroger: & propterea, tanquam  
odiosa, ad forum externum & quantum  
potest, sit restringenda.

**31.** Nihilominus apud TT. & JCTos  
quoque recepta hodie est sententia Innocen-  
tii in c. Quia plerique 8. de Immunit. n. 3. & Panormit. ibid. n. 26. quos securi  
sunt Gutierrez p. 1. de Jurament. cap. 43.  
n. 6. Gomez Tom. 2. Var. cap. 6. n. 2.  
Molina Tratt. 2. de J. & J. dis. 301. n. 2.  
Leffius Lib. 2. de J. & J. cap. 20. n. 8. &  
RR. alii, filium familias à pecunia mutuo  
accepta, extra casus Jure expressos scener-  
tori restituenda obligatione, in foro etiam  
Conscientia, absolventes. Rationem unicam redditum; quod ex una,  
Res publica eô ipsò; quod rerum nostra-  
rum domina magis, quam nos sumus, esse

dicatur, ex justa & publica causa propo-  
situm mutui contractum irritare ita po-  
tuerit; ut acceptam pecuniam refutet  
di obligatio etiam in conscientia non da-  
retur; ex altera vero parte, si contractum  
mutui, cum filio sine consensu patris in-  
tum, SC. Macedonianò non ita irrita-  
set, neque saluti parentum satis confu-  
sum, neque satis coercita filiorum levitas  
& iniurias sceneriorum fulles; si  
quidem filius, ut axis alieni conscientia  
gravantis onere liberetur, ad impio-  
cilia & struendas parentibus insuffici-  
pelli, sicut ante, sic etiam post legem  
Macedonianam posset,

Neque aliud perfudaret *l. Quia naturalis* cit. textus; licet enim filius solu-  
tum repeatat, naturaliter obligatur, sed ca-  
men non sit; quod naturaliter debet  
fuerit id, quod est solutum: sed, quod  
soluti etiam indebitum dominum finan-  
catori concederit, ad evitandem multitudinem  
litium, soluti repetitionibus te-  
cile excitandarum.

Neque plus evincit ratio; quia  
eo, de quo agimus SCTo filio familiæ  
indulta exceptio, licet, quatenus finan-  
catores spectat, odiosa, nihilominus, quod  
istos à mutuo dando absterrat, ex fine sua  
principaliter vita & saluti parentum profi-  
cere magnò Republica bono intenta;  
& propterea favorabilis latetque in-  
terpretationis patiens est, Palao Tratt. 3a  
dis. 4. p. 3. n. 7.

Excipi tamen hic à RR, solet casu  
quod pecunia mutuo accepta apud filium  
familias in specie adhuc extat, vel ille  
ex illa locupletior est factus; cùm enim  
cum alterius jauctura aliquem locupletari  
æquitati naturali repugnet, Reg. Jure  
natura 206. ff. & Reg. Locupletari 47. in  
6. tali casu, licet Civili Jure aliud sit  
tum videatur, in conscientia tamen à  
pecunia adhuc extantis restitucionem aut  
solutio-

solutionem ex meus saltem; quantum ex isto dictior factus est, filium familias obligari, sustinent Laiman Lib. 3. Tract. 4. cap. 15. n. 3. V. Cateram cit. Palao n. 22. Engel ad hanc Rubr. n. 39. quorum tamen doctrinam improbat Haunold, Tom. 3. de I. & I. Tract. 9. n. 329.

33. Alterum non magis expedita Resolutionis dubium & Controversia est, an ex SC. illo sibi competenti exceptioni filius familias valeat renuntiare. In quo à DD. non paucis recepta est distinctio inter renuntiationem simplicem & juratam: &, illâ quidem dictam exceptionem tolli, passim negant; quod non tam ipius filii familias, quam patris & Reipublicæ sit favor. Itâ verò, si re-nuntiatione jurata eam cessare, affirmant; quod filiofamilias mutuum dare ex sua natura non in honestum &, secluso Jure Civili, licitum sit: &, quod ejus nomine acceptum est, solvi sine peccato possit. Ita cum Covartuv. cit. p. 2. §. 3. n. 4. Lessius cit. cap. 20. n. 8. & Laiman cit. cap. 15. n. 5.

34. At non minus probabiliter cum Panormit. in c. Cùm contingat 28. de Jurando n. 22. Menhaca de Success. cre-ai §. 28. n. 53. & Wadingus de Contratt. disp. 6. dub. 4. §. 1. n. 3. juratam etiam renuntiationem tenere, negant partim; quod alieno & præfertim publico favori à privato; ac proinde paternò & Reipublicæ intuitu introducto SCTO à filiofamilias renuntiari nulla ratione possit, c. Cùm tempore 5. de Arbitris c. Si diligenti 12. de Foro compet. & l. Jus publicum 38. ff. hic: partim verò; quod juramentum hoc non minus: imò multò magis, quam simplex mutui contractus inducat pericula & incommoda, ad qua excludenda potissimum introducta est exceptio Macedoniana: & propterea vis-

& obligatio non major ipsi, quam sim-plici promissione, sit adstruenda.

Non desunt, qui ut rationibus, in 35- utramque partem militantibus, aliquid tribuant, vivente patre juramentum & eo solum casu obligare velint, quod for-latio sine ullo præjudicio & incommode præstari, & pater, ut in eam conser-tiat, induci facile potest: extra hunc casum autem ejus obligationem, dum pater vivit, suspensam: eò autem mor-tuò & incommodorum omni periculô sublatô vim habere velint, Gomez cit. n. 2. & Haunoldus cit. Tract. 9. n. 328. in fine.

Canone, sive Jure Ecclesiastico pa- 36- cisci, sine Pralati aut Superioris sui li- centia, nequit Religiosus, propter vota Paupertatis & Obedientiæ: qua emit-tendò omni rerum temporalium domi-niò, aut liberâ falem atque ab illius vo-luntate independente usu & administra-tione, can. Non dicatis 12. q. 1. & c. Cùm ad monasterium 6. de Statu Monach. & propriò etiam velle ac nolle se abdi-cavit, c. Si Religiosus 27. de Elec. inq. & ut contractu vel pactione aliqua sine il-lius licentia nequeat obligari, can. cit. & arg. c. In quibusdam 4. de Fidejuss. Pa-normit. in c. Ex rescripto 9. de Jureju-rando n. 1. ubi Alex. de Nevo n. 6. & Sanchez Lib. 7. Moral. cap. 31. n. 36.

Excipiendum tamen imprimis est con-tractus Stipulationis pro Monasterio fa-ctæ, arg. §. Sed & si quis alii 20. Insti-tute Inutil. Stipul. Panormit. in c. Quan-do 7. de Officio Ord. n. 2. Navarrus Com-men-t. 2. de Regulari. n. 32. & Sanchez cit. cap. 31. n. 32. Ratio est; quod, cùm ejusmo di stipulatio favorem & utili-tatem proprii Monasterii spectet, cui-libet Religioso tacite permissa à Jure vi-deatur, Palao Tract. 16. disp. 3. p. 15. n. 5. Deinde excipiendæ sunt pactiones de

Y Y Y & actioni-

actionibus personalibus, ex se non in honestis; probabilitus enim etiam his, sine Prælati vel superioris licentia initis, Religiosus, licet paciscendò pecchet, teneatur: saltem si non contradicat & initas non irritet Prælatus, Navarrus *l. cit. n. 42.* Azor *p. 1. Instit. lib. 12. cap. 11. q. 5.* & Palao *p. cit. n. 3.*

**38.** Eodem Jure, seu Canone, de Ecclesiastarum & Monasteriorum suorum rebus immobilibus & pretiosis, sine Capituli vel Conventus & Superioris consensu, pacisci prohibentur Prælati, Administratores, & generaliter, quibuscumque eorum libera alienatio est interdicta, *can. Sine exceptione 12. q. 2. c. 1. c. Tua 8. De iis, qua à Prælat. c. Nulli s. Et. de Reb. Eccles. alien. ad quam Rubricam hac de re plenam dabimus explicationem. Hic de initis à Prælatis &c. super ejusmodi rebus contractibus & passionibus, propter defectum ejusmodi consensus invalidis.*

Dubium moveri solet, an capitulo, vel superioris consensu ex intervallo superveniente ratificantur. Ratio dubitandi desumitur à paritate pupilli: à quo sine consensu & autoritate Tutoris initus & propreter irritus contractus, illius consensu ex intervallo superveniente, non convalefecit, & *Tutor 2. Instit. & l. Obligari 4. §. Tutor 5. junctā Glosā V. Debet, ff. de Autb. tutor.* Confirmatur; quia pactio & contractus tendens ad ejusmodi rerum alienationem, sine capituli & Superioris consensu initus, nullus est ob defectum formæ: in qua ubi peccatum est, ratihabito nihil operatur, secundum Baldum *in l. Observare 4. §. Postbac 6. ff. de Offic. Proconsul n. 14.*

**39.** Nihilominus pactio & contractus, ad ejusmodi rerum alienationem tendentes, Capituli & Superioris consensu ex intervallo superveniente, rati-

sicari, cum Hostiens. in c. *Cum nos 3. De iis, qua à Prælat. V. Ratam, Panormi, in c. cit. n. 3. & aliis defendunt Redonius de Reb. Eccles. non alien. Rubric. 30. casu 6. n. 10. Sarmiento de Redon, Eccl. p. 1. cap. 3. n. 1. propter textum 1. *Significat 2. hic: ex cuius Gregoriana de cione conventiones superioris contentum exigentes, ejus superveniente ratificatione solidantur: & c. Cūm nos cit. 10. Capitulō non consentiente, imo reclamante, ab Episcopo facta Ecclesia concessio non tenere dicitur: Nisi tam pf. modum, sive ex intervallo, capitulum tam habuisset. Ratio est; quia ejusmodi ratihabitio subsequens vim habendati, & ad praecedentis, atque Ecclesia utilis contractus tempus retrotrahatur, per ec. cit. & c. Ratihabitionem 10. de R. l. in 6. Holtiens. l. cit. Vivianus in c. Cūm nos cit. & Barbola in c. Quoniam cit. n. 2.**

Neque aliud rectè inferit ex §§. Tutor cit. quia lata disparitas ei inter pactiōnēm seu contractū Prælatus Ecclesiastici, & eum, qui initus à pupillo; cūm huic contrahenti Tutoris consensus necessarius sit, ut supplet defectum iudicij, quod labore præsumit pupillus, ad istius quasi informandū contentum & personam integrandam; ut proinde meritò consensus & autoritas tutoris exigatur in ipso contractu, sive anquam ad alia negotia transitus sit: contrā Prælato, super re Ecclesie sue immobili pacienti, Superioris & Capituli consensus necessarius est tanquam solennitas: qua etiam ex intervallo superveniens à Jure perinde habetur, ac si principio in ipsa pactiōne seu contractu intervenisset, atque hunc ratificandi & confirmandi vim habet, ec. cit. & can. Si quia 12. q. 2. Gaill. Lib. 1. obseruat. 47. n. 5. & Gonzalez in c. Quoties cit. n. 2, sicut

23. sicut cōtractus alienationis rei immobiliarum alicuius Minoris sine decreto iudicis, & Feudi à Vasallo sine consensu domini directi celebratos, illius decretū & autoritate, & istius consensu, ex intervallu supervenientibus, ratificari docent Bartolus in l. Si quis 25. §. Jus. f. de Adquirend. hered. n. 5. & Baldus in l. Cūm ipsa 4. C. de Contrab. empt. n. 5. cuius tamen §. Posther cit. traditum generale dogma casu, quō ratihabitio fit solenniter & ab omnibus, à quibus actus ab initio geri debebat, procedere, arg. l. 1. C. Qui admitt. ad bonor. poss. ex communi aliorum sensu negat Sarmiento cit. n. 1. Sed hinc ulterius

40. Dubium oritur, an ejusmodi pactio & contractus, Capituli & Superioris consensu ex intervallu supervenientibus, ita ratificetur, ut perinde habeatur, ac si illorum consensus in ipso contractu intervenisset; ac proinde iste ab initio validus fuisset. Negat id Panormit. in c. Cūm nos cit. n. 5. eum non nisi à tempore consensū supervenientis validum reputari, desumens ex Regulis, Non firmatur tractu temporis, quod de Jure ab initio non subsistit, quæ est 18. in 6. & Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere, quæ est 29. ff. de R. I. Verum, quia superveniens illorum consensus fictione Juris ad celebrati contractū temp⁹ retrotrahitur, ec. cit. & propterea contractus non per solum tractum temporis, sed per legitimū consensum supervenientem ratificatur, ut notat Glossa Magna in Reg. cit. & præterea cum Ecclesia contrahens istius favore à contractu resilire, etiam ante prius omisi consensū adventum non potest, relatae duæ Regulae non obstant, quō minus superveniente legitimo consensu contractus ita ratificetur, ut perinde habeatur, ac si ab initio validus fuisset.

set: quod cum Navarro & aliis antiquis non obscurè sentit Suarez Tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 27. n. 20.

### ARTICULUS III.

#### De Rebus, super quibus Pacta ineuntur.

##### S U M M A R I U M.

41. Pactum, generaliter de omni re permisum,
42. Non valet, si de re impossibili.
43. Vel in honesta ineatur:
44. Aut inviter ad delinquendum.
45. Non valet, quō renuntiatur hereditati patrē.
46. Obligat tamen ei adjectum jurementum:
47. Nonnullis casibus exceptis.
48. Non valet initium de successione ventis,
49. Certi & determinati.
50. Valet tamen ei adjectum juramentum,
51. Licet testandi libertatem adimat;
52. Votum aliena mortis per accidens inducat,
53. Et bonis moribus Civilibus adveretur:
54. Non valet initium de successione in beneficio,
55. Vel de re spirituali danda pro temporali:
56. Non etiam pro alia re spirituali.

**P**acta iniiri possunt de omni facto, 41. & de quacunque re privata, quæ in commercio hominum existit; aut futura & propria est paciscentium, l. Juris gentium 7. §. 14. l. Pactus 46. in fine ff. hic & l. Interdum 73. ff. de

*ff. de V. O. dummodo turpitudinem non  
contineant, contra leges Constitutiones  
que non ineantur, & Jus publicum non  
laedant, l. Jus publicum 28. ff. & l. Pa-  
tum 6. C. hic: propter quam causam in-  
valida sunt Pacta,*

42 *Primo, quibus res aut factum na-  
turâ aut aliunde impossibile pollicemur,  
l. Stipulor 35. ff. de V. O. & l. Impossi-  
bilem 185. ff. de R. I. sic enim non valet  
pactio de foliis aut alterius coeli sideris  
curfu impediendo: aut cum moribundo  
inita, ut post obitum reversus de suo  
aut aliorum vitâ functionum statu, vel al-  
terius vitâ ratione amicum edoceat, cùm;  
quod in pacientium potestate non sit  
hujusmodi promissionem adimplere: tum  
verò; quod curiosâ, imò temeraria hu-  
jusmodi conventione petatur manifesta-  
tio eorum, quâ Deus justissimâ ratione  
& nostrâ etiam bonâ, mortalibus  
volut esse occulta, Zecius in ff. ad hanc  
Rubric, n. 17.*

43 *Secundò, quibus aliquid inhone-  
stum & illicitum, vg. sacrilegium, ho-  
miciudum, furtum nos commissuros pro-  
mittimus, l. Generaliter 26. ff. de V. O.  
quia, quod licet & Jure fieri non potest,  
homini possibile non censetur, can. Fa-  
ciat 22. q. 2. ubi Glosa Solum illud, in-  
quit, dicimus facere posse, quod iustè fa-  
cere possimus. Cui consonat, imò fa-  
cem prætulit Ethnicus JCT<sup>o</sup> Papinianus  
l. Filiu 15. ff. de Condit. institut. ubi ve-  
rè & prorsus Christianè ait, Qua facta  
pedunt pietatem, exsuffiationem, vere-  
cundiam nostram, & generaliter, que  
contra bonos mores sunt, nec facere nos  
posse, credendum est.*

44 *Tertiò, quæ ad delinquendum,  
puta inferendam injuriam, homicidium,  
furtum, aut aliud maleficium liberius per-  
petrandum invitant: ut sunt, quibus  
injuriae, doli & cujuscunque delicti pri-*

mum committendi Actio vel Accusatio  
remititur, l. Si unius 27. §. 4. ff. huc;  
quod, ad sequiora pronos mortales non  
solum ad delicta non invitari illecitos,  
sed istorum penam timere, publice inter-  
fit. De injuria autem illata, furta  
doli in nos jam commissi Actione remi-  
tenda; quod id ad delinquendum non  
invitet, pacifici Jure non prohibetur,  
cit. §. 4. Zecius l. cit. n. 18.

Quartò, pactum de successione ha-  
reditaria viventis negativum, vg. quâ  
lia, dum in matrimonio collocatur, /  
accepta dote contentam fore, nullum  
que ad paterna bona regrefum habi-  
ram, pollicetur; talia enim pacta sine  
renuntiatione hereditatis disertè repro-  
bantur, l. fin. ff. de suis & legi herit.  
& l. Patrum 3. C. de Collat. ex quo  
dispositione ejusmodi filia parti inelato  
dummodo dotis nomine accepta cum fro-  
tribus conferat, succedere potest. Re-  
tio, quâ ad hoc statuendum legum con-  
ditores permoti sunt, fuit parum; quid  
conveniens esse judicarent hereditati  
dari vel auferri certis duntaxat & Jure  
approbat modi, & non privatis pa-  
titionibus initis cum testatore: cuius ab-  
huc viventis nulla hereditas est, l. i. ff.  
de Hered. & alii vend. partim; quod li-  
beros ad reverentiam & obsequia pro-  
genitoribus suis exhibenda, sicut future  
hereditatis spe excitari & reddi promi-  
ptos: sic istâ præcisâ facile segniores redi-  
ci posse, prævidenter, Zecius l. cit.  
n. 36.

Etsi verò Civili Jure has ita condit  
tuta sint, de Jure tamen Canonico, si  
ejusmodi pacto vg. filia renuntiatione,  
nullâ vi dolöve extortum juramentum  
adjectum sit, hoc omnino observandum  
est, ex celebri Constitutione Boniacci  
VIII. c. Quanvis 2. in 6. relata: quâ  
hujus ea ratio redditur; quod ejusmodi

juramentum non vergat in dispendium salutis æternæ , & non redundet in alterius detrimentum ; cùm ejus obserratio nec contineat peccatum , neque ullum præjudicium afferat tertio , sed soli juranti : ob cuius favorem , nō à successione exclusioris conditionis evadat , quācæ cæteri liberi ; & propterea à paternis obsequiis facile retrahatur , ejusmodi pactum legibus præcipue est improbatum : qui proinde favori , pro se principaliter introducto , renuntiare valet arg. c. Si de terra b. de Privileg. Ita Interpp. in e. cit. & cæteri DD. pacificum : qui famen rectè

47. Excipiunt causus Primò , quō filia aut filius hæreditati paterna renuntiavit ita , ut necessaria alimenta in necessitate etiam extrema non haberet ; cùm enim talia debeantur Jure naturali , eis renuntiari etiam cum juramento non potest , Francus in e. Quamvis cit. n. 1. Secundo , quō pater filiæ ita renuntianti sponte aliquid donat in vita , vel relinquit testamentum ; cùm enim hoc faciens pater juramentum remittere censematur , sibi donatum aut relictum petenti filia juramentum non obstat , Franc. in e. cit. n. 10. Tertiò , quō filia hæreditati non simpli ceter , sed in favorem fratrum duntaxat & ab his descendenti renuntiavit , & isti deficiunt ; cùm enim tali cauſe censemrenuntiationis causa finalis , illis deficien- tibus patri testato & intestato succedere vi juramenti illi adjecti non prohibetur , arg. c. Cūm causa b. de Appellat. Idem cit. n. 10. Quartò , quo ea , quæ hæreditati renuntiantis filia dotis nomine accepit , legitimam non continerent ; tali ep̄im causa eam relaxationem juramenti , & hæc faelâ , in integrum restitutionem petendi justam causam habere , cum P. permit. in e. Cūm contingat 28. de Jure

jurando n. 25. censem Covarruv. in e.

Quamvis cit. p. 3. §. 4. n. 5.

Quintò , pactum de hæreditate vi-

ventis affirmativum , sive quō conveni-

tur , ut pacifcentium unus vel uterque ,

si alteri supervixerit , ejus sit hæres ; nam

etiam hujusmodi pactiones Jure Civili

disertè improbantur , l. Pactum 15. l.

Licet 19. C. hic l. Hereditas 5. C. de Pac-

convent. & l. Ex eo 4. C. de Inuict. stipul.

nisi pacifcentes sint milites ; inter hos

enim inita , et si valeant revocari , valida

tamen sunt : & si in illa voluntate usque

ad mortem perseverent , ultimæ volun-

tatis instar mandanda sunt executioni ,

per l. Licet cit. & ibi notata à Barboſa n.

7. Ratio inter alios initas pactiones ir-

ritandi fuit non tantum ; quod aliter

quam Jure proditis modis , lege & te-

stamentò , hæreditates deferenda non vi-

derentur : sed insuper ; quod hujusmo-

di pactiōibus libertas testandi vel adi-

meretur vel confringetur , contra Ju-

ra , quæ ultimam hominis voluntatem

usque ad supremum vitæ spiritum & exi-

tum ambulatoriam esse voluerunt , l.

Quod si 4. ff. de Adimend. legat. Et

dēsum ; quod hujusmodi pactiones esse

periculosa & captandæ vel optanda mor-

ris alienæ votum inducere ; ac proinde

bonis moribus adversari judicarentur , l.

Stipulatio 61. ff. de V. O. & l. fin. C. hic

ubi inter duos de hæreditate alicuius ter-

tii determinati , adhuc viventis , inita

pactio , tanquam periculosa & trifissi-

mi eventus plena , ac proinde odiosa re-

probatur & irritatur.

Dico , Determinati ; quæ de hæredi-

tate tertii indeterminati , sive à quoconque

uni ex pacifcentibus obveniā inter ali-

quos inita paclla Jure reprobata non repe-

riuntur ; imo non obscurè permitta viden-

tur l. Ea verò 3. §. 2. ff. Pro sociis. Neque

Z 2 2 id im-

id immorit; cum neque Jure proditos succedendi modos turbulent, neque adimant aut restringant testandi libertatem, neque occasionem præbeant captanda mortis aliena, Molina *Tract. 2. de I. & 1. disp. 579. n. 38.* & alii à Barbofa in *I. fin. cit. n. 7.* & Brunemann *ibid. n. 8.* relati.

**50.** Dubium hic & minimè levis controversia est de valore juramenti, adiecti pacto successionis affirmativo. Dubitandi ratio est; quod, juxta dicta & *I. Stipulatio 1. fin. citr. textus*, hujusmodi pacta, ac proinde etiam iis firmandis adiecta juramenta sint contra bonos mores: quibus liberæ testamentifactionis ademptio restringitur & multò magis aliena mortis captatio & votum, cui occasionem præbent, adversantur; ut proinde locus sit Regula. *Non est obligatorium contra bonos mores praesertim iuramentum:* quæ est § 8. in 6.

Nihilominus, etiam ejusmodi juramentum valere, eique contraveniri à jure sine perjurii sacrilegio non posse, cum Decio in *I. Patrum cit. n. 3.* & Claro §. *Testamentum q. 94. n. 4.* censent Guttieres de *Jurament. p. 2. cap. 59. n. 5.* Molina *Tract. cit. disp. 151. n. 12.* & Suarez de *Jurament. Lib. 2. cap. 23. n. 2.* ea permotiratione; quod hujusmodi juramentum nullo Jure sit irritatum, & sine peccato ac præjudicio tertii possit observari; proindeque de ipso procedat dispositio & Regula c. *Quamvis cit. § c. Cum contingat 28. de Jurejurando.*

**51.** Neque hujusmodi juramentum, & pactum etiam, bonis moribus adversari rectè desumitur ex ademptione vel restrictione liberæ facultatis testandi; quia istius restringit & ademptio provenit ex libera voluntate eam habentis: & honestati Naturali non adversatur, hoc ipso; quod ea facultas restringi & adimi valeat

lege humana: eaque laudabiliter se agit dicet is, cui competit, emitendo professionem Religiolam, can. *Quia ingreditibus 19. q. 3. c. Quia 2. de Testamento, & Auth. Ingredi C. de SS. Eccl.*

Neque ex eo; quod captando vel optandæ mortis aliena votum inducas; quia hoc juramentum & pactum illud non inducit necessarium, neque per se ex natura & fine suo: sed sollemmodo per accidens, ob vitium & perversum pacifcentium; neque omnium, sed propter eorum duntaxat, habendi cupiditas aliquid ita obsecratorum; ut operari etiam machinari non vereantur in motu eorum, quorum hereditatem ex petitione sibi obveniuntur expectant. Neque refert; quod hujusmodi dedicatio & consilio præbeant anfam & occasionem; quia haec non propinqua, sed remota tantum est: quæ, si proposita jumenta & pacta quoque ex natura sua irritaret, irrita etiam imprimis forent mortis causa donations: deinceps recipita, sive de mutua successione inita postea inter milites, contra *I. Litter. cit.* & denum pacta Gentilitia five, ut vocatur, Confraternitatis vulgo det. *Verbrüderung* / quæ inter personas & familias illustres de mutua successione inniri solent; qui captando & optundendo mortis voto occasionem etiam illa præbent.

Neque obstant *I. Stipulatio 1. fin. citr.* quia boni mores, quibus de honestate viventis inita pacta adversari alleunt, non sunt Naturæ; cum illa pacta & juramenta iis adiecta non sint contra Jus Naturæ: &, ut dictum, in respectu & ex fine, ex quo inventur, turpiudinem & indecentiam non continent: sed tantum contra bonos mores Civiles; cum Juris tantum Civilis, justas ob causas valorem ipsiis admittantur, dispositio

dispositioni adversentur : de cuiusmodi pactis , licet cit . lex utraque ; non tamen allegata Juris Ecclesiastici Regula §8. procedit ; cùm enim tecundum hanc illa duntaxat juramenta irrita sint , quæ sunt de re illicita & peccaminosa , vel ad pecuniam ex sua natura inyitantes , valori juramenti , contrá bonos mores solūri Civiles præstati , non obstat ; ut alius DD. allegatis ostendunt cit . Suarez cap . 22. n. 1. & Sanchez Lib. 10. de Matrim . diff. 32. n. 1.

Confirmantur ista ; quia , ut recte obseruat Bruneman . in l. Patrum cit . n. 9. si de futura hereditate initis , tam affirmativis quam negativis pactionibus , tanquam conventionibus intrinsecam malitia continentibus , adjecta juramenta non essent valida , non apparet ; quomodo ejusmodi pactions validas reddi possint , vi Confuetudinis ; cùm ista , quoties Juri & rationi naturali adversatur , tanquam corruptela reprobetur , e . fin . de Consuet . Vi Confuetudinis autem ejusmodi pactions validae censeantur in Germania nostra : in qua hodie à filiabus præsertim nobilibus , accepta dote , hæreditati paternæ renuntiari : de futura conjugum successione disponi , videmus . Gaill . Lib. 2. Obseruat . 126. n. 3. Imò usu introducta & Cæsareâ autoritate confirmata pacta Gentilitia inter personas , ut dictum , & familias illustres : vi quorum heredibus masculis unius familia deficiens , masculi hæredes alterius in bona succedunt , cit . Gaill . Obseruat . 127. tota .

§4. Sexto multò minus , quam ea , quæ de hæreditibus ineuntur , obligant pactsa de succendo in Ecclesia vel beneficio Ecclesiastico post obitum Prælati vel beneficiati ; hæc enim non solum propter captandæ vel optandæ alienæ mortis votum , cui ansam etiam ipsa pta-

bent , e . Nulla 2. de Concessi . Præb . & c . Dēd . testanda 2. e . Ne captanda 3. eodem Tit . in 6. sed idcirco etiam reprobantur ; quod sancti Canonis in Praelatibus ac beneficiis hæreditariæ successionis etiam species , e . Accepimus 5. hic e . Nulla cit . & can . Apostolica 8. q. 1. & initæ pactions quæcumque pro spiritualibus obtinendi rejiciantur e . fin . cuiusmodi indubitate sunt , quod quis decem promittit , ut factis Ordinibus initietur , can . Si quis Episcopus 8. cum seqq . 1. q. 1. vel in Monasterium recipiatur , §. Nullus post can . Quam pio 1. q. 2. & c . Veniens q . de Simonia , quod beneficium Ecclesiasticum cedens sibi reservat alias indebitam penitentiam , e . Cum Clerici 6. quod beneficium à collatore promittitur ; ut suum quoddam negotium promoveatur vel aliquid obsequium præstetur , e . Cum effent 12. de Simonia ; quod quis aliquid pollicetur pro suffragio in electione , aut bona sua offert Ecclesia ; ut in istius canonum recipiatur , e . Nobis 27. & c . Tua nos 34. de Simonia ; tales enim aliae que ejus rationis conventiones , cùm iis pro spirituali aut huic annexo obtinentur promittuntur temporale , manifestam continent labem Simonie , juxta istius à Glossa in Summam q. 1. cit . V . Quidam & à S. Thoma 2. 2. q. 100. art . 1. traditam & ab aliis receptam definitionem .

Non defunt DD. qui pactions & conventiones quascumque , etiam sine pecunia aut alia re pretio estimabili pro spiritualibus obtinendis initas , e . fin . cit . reprobari velint ; propter istius textus generalitatem . At melius alii , à SS. Canonibus extra materiam Beneficiale diminuti solimmodo censem pactsa inhonestata , hoc est , quibus de spirituali pro temporali dando convenitur , ut Lib . § . Tit . 3. n. 26. ostendetur .

## ARTICULUS IV.

De Natura, Varietate  
& Vi Contractuum  
generatim.

## SUMMARIUM.

- §7. *Contractus est conventio ultro citroque habita, pariens obligacionem Civilem,*  
 §8. *Ex parte utriusque, vel saltē alterius contrahentis.*  
 §9. *Alius est Juris Gentium, aliis Civiliis:*  
 §10. *Alius Nominatus, aliis Innominatus:*  
 §11. *Alius Bona fidei, aliis stricti Juri:*  
 §12. *Alius Onerosus, aliis Luxuriosus.*  
 §13. *Perficetur Consensu, Re, Verbita vel Literis.*  
 §14. *Contractus liberd initus parit obligacionem:*  
 §15. *Quae, eique respondens Actio transitoria est ad heredes.*  
 §16. *Initur purè, in diem, sub condicione modōve aut alternative.*  
 §17. *Purè initus obligat consensim:*  
 §18. *Cum aliquo tamen temperamento temporis.*  
 §19. *Statim obligat initus in diem:*  
 §20. *Nisi, an hac aliquando futura, si incertum.*  
 §21. *Initus sub conditione de presenti & praterito, obligacionem non differt:*  
 §22. *Sub impossibili initus nullam producit.*  
 §23. *Initus sub conditione de futuro, si hac necessaria, statim:*  
 §24. *Si contingens sit, cum illa evenierit, obligat:*  
 §25. *Quin opus sit novo consensu,*

76. *Vel notitia existentia conditionis:*  
 77. *Ante hujusmodi conditionis evenitum consensus illicitus:*  
 78. *Aliquando tamen validè:*  
 79. *Et plerunque invalidè revocatur.*  
 80. *Modus contractus adjectum obligacionem non suspendit.*  
 81. *Contractus alternativus obligat ut praestandum alterum:*  
 82. *Cujus elec̄tio transmittitur ad leudes.*  
 83. *Unū percutente sere alterum usurpati empli estimatio praestanda est.*  
 84. *Contrahere possunt, quibus premium est pacifici.*  
 85. *Prohibitiō contractus cum non semper irritat.*  
 86. *Irritatio Legalis semper Civilis:*  
 87. *Naturalem obligacionem non tollit:*  
 88. *Nisi id sit expressum.*

**C**ontractus pactio quendam fave duorum plurimi legatum conventionem est: quam patrem Labeone sit, et planus cum Labeone sit, et ultra citroque obligacionem, quod grati ovādāya vocant, i. Labes ip. V. Contractum f. de V. S. quod loco si obligacionis nomine, non Contractus fons & effectus, sive ex eo orta reciprocus obligatio seu juris vinculum: sed contractum utriusque reciprocus consensus, ex quo tanquam causa oritur obligatio seu vinculum, contrahentium utrumque vel saltē alterutrum ad aliquid dandum, faciendum aut praestandum adstringens, nonnullis RR. intelligatur, recta VII. JCT. um definitio non solum stricte dictis fave ultra citroque obligacionem Civilem inducentibus, ut V. c. exprefit, Emplo Venditio, Locatio, Conducio, Societas &c. sunt: sed etiā minus stricte dictis, sive ex altera tantum parte ejusmodi obligacionem parentibus, vg. Mutuo & Donatio-

tioni erit accommodata, ab eaque non diverterent RR, quibuscum Wadingus de Contractis disp. 1. dub. § 1. n. 4. & Haunold. Tom. 3. de J. & J. tract. 8. n. 12.

§ 8. Contractus inquit, est conventio ul-  
tro citroque habita pariens actionem &  
obligationem civilem, sive conventio le-  
gitima duorum pluriūmve, ad hoc inter-  
posita, ut ex ea ad aliquid dandum, faci-  
endūmve aut p̄stāndum contrahenti-  
um uterque vel saltem alteruter civiliter  
obligetur. Quæ Contractus explicatio  
præ aliis placet; quod contractum om-  
nem comprehendat, & clare discernat  
non solum à Pacto simplici sive, ut vocant,  
Nudo; quod istud conventio quidem  
duorum pluriūmve: at non legitima sit,  
neque civilem obligationem & actionem  
producat: sed etiam à quasi contractu  
vg. negotiorum gestione; quia actio &  
obligatio civilis, quam ista & quasi con-  
tractus alii parunt, non oritur ex conven-  
tione habita ultro citroque. Eadem ra-  
tio est obligationum & actionum orta-  
rum ex delicto vel quasi; cum etiam ista  
fine conventione & consensu duorum  
pluriūmve, ex dispositione legis vel  
natura rei oriuntur. §. 1. Instit. de Oblig.  
ex quasi contr. & pr. Instit. de Oblig. ex  
delicto.

Divisiones Contractus à DD. variae  
enumerantur: ex quibus præcipue & hoc  
locō non prætermittendæ sunt quinque.  
19. Prima desumitur ab Origine seu  
Jure, quod contractus est introductus:  
cujus ratione Contractus aliqui Gentili-  
um, alii Civilis Juris esse dicuntur. Juris  
Gentium sunt Permutatio, Emptio, Ven-  
ditio, Locatio, Conductio, Societas, De-  
positum, Mutuum & cæteri pene omnes,  
§. Sed jure 2. V. fin. Instit. de J. N. G. &  
C. & l. Ex hoc jure §. ff. de J. & J. exce-  
ptis Stipulatione, Literarum obligatio-  
ne, Largitate sponsalitia seu donatione

propter suptias & contractu Emphyteu-  
tico: qui dicuntur esse Juris Civilis; quod  
istò prodiit sint, Glosa & Interpp. in §.  
§ 1. cit.

Secunda in Nominatum & Innomi- 60.  
natum, l. i. § fin. ff. bīc. Nominatus di-  
citur, qui proprium & speciale nomen  
in Jure habet, l. Jurisgentium 7. pr. ff. eā-  
dem Rubr. ut Emptio, Venditio, Locatio,  
Conductio, Societas, Commodatum, De-  
positum, Emphyteusis, Feudum, Preca-  
rium, Mutuum, Mandatum, Pignus, Sti-  
pulatio, Acceptatio, §. i. & § fin. cit.  
Innominatus est, qui proprium & spe-  
ciale nomen in Jure non habet, sed venit  
generali nomine Permutationis: quam  
tamen aliqui specificè accipiunt, & ab In-  
nominatis contractibus distinguunt. Istorum  
autem quatuor genera enumerantur  
l. Naturales 5. pr. ff. de Prescript. verb.  
scilicet contractus Do ut des, qualis est,  
cum eorum, quæ pro altero dantur, ra-  
tionem pretii neutrum vel utrumque ha-  
bet, ut cum vinum datur pro frumento:  
Do ut facias & Facio ut des, quales sunt,  
cum, quod datur, non habet rationē mer-  
cedis, ut, cum aliqui frumentum datur, ut  
agrum colat, vel ager aut vinea colitur, ut  
detur panis vel avena: Facio ut facias,  
ut, cum ager colitur, ut vehantur ligna.  
Ad hos five Innominatos contractus re-  
ducuntur, quibus fortuna admiscetur, ut  
Ludus, Sponsio, Sors, Asscuratio: sicut  
& contractus Cambii & Censualis, qui  
tamen valde similes sunt Emptioni, Ven-  
ditioni, Molina Tratt. 2. de J. & J. disp.  
253. à num. 1. & Haunold. tract. cit. à  
num. 45.

Tertia in contractum Bonæ fidei & 61.  
stricti Juris. Bonæ fidei contractus sunt  
Emptio, Venditio, Locatio, Conductio,  
Depositum, Commodatum, Mandatum  
Pignus, Societas, Cambium, Census,  
Permutatio, & verisimilius, prout com-

Zzzz 3 prehen-

prehendit Contractus innominatos : ex quibus & negotiorum gestorum ac tutela quasi contractibus ortæ & nonnullæ aliae bona Fidei actiones enumerantur §. *Alioquin 28. Inst. de Actionibus.* Stricti Juris sunt Donatio, Mutuum, Promissio liberalis, Stipulatio, Feudum, Emphyteusis : inter quos & Bonas fidei contractus id præcipue discriminis intercedit ; quod in Bonas fidei contractibus magis locus sit arbitrio judicis ; ut iste, æquitatem potius quam conventionis rigorē spectans, ponderatis circumstantiis ex æquo & bono pro contrahentium uno contra alterum valeat pronuntiare ac decernere, quod, licet in conventione expressum non sit, æquitas tamen postulasset, ut exprimeretur : in Stricti autem Juris contractibus rigorose partes adstringat ad tenorem conventionis sive id, quod expressū est, & contractus natura requirit, ut ex §. *In bona 30. Inst. ib.* desumunt eitt. Haunold. n. 54. & Molina disp. 259. n. 2. qui tamen n. 6. hos contractus inter illud etiam esse, ait ; quod, si dolus causam det contractui, iste si Bonas fidei, irritus ipso Jure : iubilat autem, licet rescindi valeat, si sit Stricti Juris, Qua de re agetur Lib. 2. tit. 14. à n. 9.

**62.** Quarta in Onerosum & Lucrativum : quorum illō vg. Emptione, Venditione, Locatione, Conduktione, Permutatione, onus sive aliquid dandi faciendive aut præstandi obligatio imponitur utriusque : istō vg. Donatione, Commodatio, Precario alter solummodo cum alterius commendo gravatur, cit. Haunold. n. 54. & Pirrhing ad Rubr. de Precario n. 2. in fine.

**63.** Quinta Contractus aliqui solō Confidū, alii Re, alii Verbis & alii Literis perfici dicuntur ab Imp. §. fin. *Inst. de Obligat.* Solō Confidū, alteri quomodo docunque manifestatō, ab eoque accepta-

tō perficiuntur Emprio, Vendito, Locatio, Conducio, Societas, Mandatum, p. *Inst. ibid. &c.* Jure saltem Codicis Donatio ; quod ad horum contractuum substantiam determinatē neque verba certe istorum forma, neque scriptura, neque tradițio, neque ipsa etiam prædicta necessaria sit ; cum, confidū quomodo cunque expressō celebrati etiam valer inter absentes, §. 1. & §. *Unde intr. 2. Inst. de Oblig. ex confessa.* Re, sive illa traditione constituant Motum, Commodatum, Precarium, Depositum, Pignus, Permutatio ; hi enim consuet ante rei traditionem perfectiori mellegguntur ; cùtque neque firmitatē habeant, neque obligationem Civilem anteproducant. Verbis, sive contrahentium modis interrogatione & alterius congruēsponsione, vg. cum Titius Cajo dict. *Spondes mihi dare centum.* & ille respondet, *Spondeo,* perficitur Stipulatio, *I. Stipulations* §. §. 1. ff. de V. O. Lice autem Antiquo Stipulatio præcipes verborum formas exiget, novò tamen Jure quibus liber verbis, utriusque contrahentium voluntatem sufficiens experimentum habet valet, §. 1. *Inst. de V. O. §. 1. Omnes sc. C. de Contrab. stipul.* Literis sive scripturā perficitur Donatio summa exigentis insinuationem apud judicem, contractus Emphyteuticus in re Ecclesiasticas, uti & hujusmodi rei. Donatio, Venditio, Permutatio, &c. &c. *Inst. de V. O. §. 1. De iis, qua à Pralat.* Quod in his Regionibus sibi receptum est in aliarum rerum immobilium alienatione : & universitatis quando contrahentes confidū supefectum, quoque super contractu confeccum sit instrumentum, cit. Molina disp. 254. d. n. 1. Haunold. à n. 54. & Pirrhing n. 3.

Ex contractu liberē inito oritur ob. 4. ligatio non solum Naturalis, sed etiam, si is no-

si is nominatus sit, aut in innominato vg, factum, scilicet ex parte alterius traditio sine impletio intervenire, Civilis; ut, quod eō promissum est, Actione seu conventione judiciali proposita, peti possit, l. *Jurisgentium cit. §. 1.* Liberè, inquam, imò & Sponte; cùm si contractus ineat cum impedimento tollente vel diminuente libertatem, ut sunt error, dolus, vis & metus, ex ipso nulla, vel faltem infra-ma Obligatio & Actio oriatur, hōc ipsō; quod validē initus valeat rescindi, per tra-denda hōc Lib. tit. 40. art. 3. & Lib. 2. tit. 14. àn. 4.

65. Porro obligatio & actio ex contra-ctu orta regulariter transmittitur ad hæ-redes; cùm, quod-hæres in defuncti jus universum, tam quoad commoda & A-ctiones, quām quoad onera & Obligatio-nes succedat, l. 1. &c. C. de Haredit. aet. l. *Cambares* 11. ff. de Divers. temp. pre-script. l. *Haredem* 59. &l. *Hareditas* 62. ff. de R. J. & defunctum reprezentet, cum eoque una eadēmque persona reputetur, Novell. 48. pr. tum verò; quod con-trahentes non sibi tantum, sed hæredi-bus quoque suis consulere intendant, l. *Sí Padum* 9. ff. de Probat. adeò; ut, si in contra-ctu, ne obligatio & Actio ad hæ-redes transeat, non exprimatur, ad hos ipsō Jure absque expressione alia trans-mittatur, l. *Cùm haredes* 23. pr. ff. de Adquir. poffess. citt. Molina Tract. I. disp. 3. n. 18. §. Secundus & Haunold. tract. 8. n. 251.

66. An autem ea obligatio semper ab-soluta determinatāque ipsō contra-ctu perfectō inducatur, & ad executionem si-ve dandum faciendūmve aut præstan-dum, quod promissum est, contrahentes statim urgeat, pendet ex contra-ctu qua-litatibus seu modo, quō initus est; ini-ti enim contractus varie, & quinque po-tissimum modis potest.

Primo Purè, hoc est, non adjectō 67.

die vel, tempore, nullāque conditione aut modō appositō, & sine alternatione: quomodo celebratus contractus obliga-tionem parit statim, postquam est per-fectus; ut ex eo debitum confessum peti possit, juxta Regulam, *In obligationibus*, in quibus dies non apponitur, presenti die debetur, quæ est 14. in Pandectis l. Eum qui 41. §. 1. ff. &c. Omnis 2. Inſtit. de V. O. ut non male Ulpianus in Stipulatio-nibus aliōve contractu purè inito diem non solum Cessisse, sed & venisse, afferat l. Cedere 213. pr. ff. de V. S.

Sed, ut hoc ita sit, non debet tamen importunus debitor protinus adire & ur-gere debitorem: sed ei spatium aliquod temporis concedere, ut commode solvat; nam, ut æquitas dictat & Paulus JCTus monet, *Quod dicimus, aliquem debere statim solvere, cum aliquo temperamento temporis intelligendum est*, l. 10. ff. de Sol-lut. Quod tempus pro constituta pecu-niæ, non minus decem dierum, l. Pro-missor. 22. §. 1. ff. de Pecun. confit. in aliis contractibus & obligationibus judi-cis, debiti quantitatē & qualitatēm de-bitoris præ oculis habentis, arbitriō ma-jus minusve statuendum est, Gomez Tom. 2. var. cap. 11. n. 1. Zafius in l. cit. n. 15. & Bruneman, n. 4. Si debitori non af-signetur terminus, & solutio non exige-a tur à creditore, iste in dilatationem con-sentire in foro Conscientiæ præsumitur, saltem si ille petere facilē possit, & à pe-titione metu, pudore, aliāve simili cauſa non retrahatur, ut cum Sylvestro V. Mo-ra n. 1. Navarro Manual cap. 7. n. 79. oblervant Medina de Reſtitut. q. 2. §. Ad aliud & Sanchez Lib. 1. de Matrim. dis-p. 28. n. 2.

Secundò contrahi potest in Diem, 69. hoc est, contractus impletioni siue execu-tioni assignandō diem vel tempus, quod certum

certum vg. Calendæ Januariæ, incertumve vg. appulsus navis ex Asia vel India, esse potest.

Si contractus executioni assignata sit dies certa vg. Calendæ Januariæ, illò quidem obligatio inducitur statim, ut res promissa confestim debita sit, ejusque debitum transeat ad hæredes: ante diei tamen adventum non urget, pr. l. *Cedere cit. ibi, ubi in diem quis stipulatus fuerit, cessit dies, sed nondum advenit, & s. Omnis cit. V. Id autem.* Ratio est; quia dies apposita est in gratiam debitoris, l. *Cum tempus 17. ff. de R. J. ut adeo creditor,* si ante diei adventum petat, plus petitionis exceptione valeat repellere; cum, qui agit ante diem, agat male: & plus petat, qui anteriori tempore petit, §. *Si quis 33. V. Tempore Instit. de Action. & c. Unic. V. fin. de Plus petit.* Quin non solum ante, sed nec ipso die executioni assignato peti efficaciter potest, §. *Omnis cit. V. At ne;* cum, quod creditor non protinus cum facio paratus debeat venire, l. *Quod dicimus cit. tum verò; quia actio efficax non est, antequam debitor cesseret solvere: iste verò solvere cessare dici nequit, nisi totus dies præterierit; cum, antequam ista præterierit, nondum sit certum, non datum præstrium die, in quem fuit promissum, ut in § cit. nota Wefenbec. n. 4. & Laiaman Lib. 3. f. 5. tract. & cap. 4. n. 1. conclus. 2. rectè excipientes quantitatatem annuam, vg. decem annua, nomine alimentorum vel eleemosyna promissa; eius enim solutionem in principio anni facienda & peti posse, defumunt ex §. *At si ita 3. Instit. de V. O. & l. i. C. Quando leg. dies ced. quid tali casu dies adiecta videatur in favorem creditoris, juxta Ver- siculos:**

*Annuas si debes, tunc inspicies et agi anni.*

*Anno si debes, in fine tendebis anni.*

Si executioni designata sit dies vel tempus incertum, interest, an diem aliquando futuram, certum vel incertum sit; cum, si eam futuram certum, & incertum solummodo sit, quando sit hora, ut, cum centum promittuntur in diem mortis paterna, perinde, ut si dies certa sit, obligatio statim inducatur, trahique ad hæredes: sed ante die advenit non urgeat, l. *Hares 79. pr. ff. de Causa & demonstr.* si vero, an incerta dies aliquando futura, incerti sit, ut cum centum promittuntur in diem evictionis ad Constatum vel appulsus navis ex India, certus & promissio in diem refostrar in Conditionalem, perindeque sit, ut si promittatur sub conditione ereditatis vel appulsus; atque idcirco obligationem & actionem ad hujusmoderentur suspendat, l. i. §. 2. ff. *eadem Rad. & l. Stipulatio 38. §. 1. ff. de F. O. cit. Gonet cap. 11. n. 21. & Laiaman cap. 4. n. 2. cum cap. Molina excipiens casum, quod incerta dies apposita esset, gratia solitus promitterit, ut si puellæ donentur vel legatum certum in diem futurorum nuptiarum; tali enim casu diem in conditione non resolvi, sed executioni solummodo praetaxam: atque idcirco, puellæ ante noctis decadente, centena petendi actionem ad hæredes transmitti, ajunt, arg. l. *In foli commissi 3. §. 3. ff. de Iuris & l. §. ita relatum 43. §. 2. ff. de Legat. 2.**

Terrò contrahi potest sub Conditione de praesenti, præterito aut futuro: sub impossibili vel possibili, necessaria vel contingente.

Si contractus ineatur sub conditione de præterito vel praesenti, obligacionem non differt vel suspedit: sed statim vel fixam, si condicio impleta jam est;

- vel, si impleta non est, nullam producit,  
*I. Conditio 100. ff. & §. Conditiones 6. Insit. de V. O.*
72. Si contrahatur sub conditione impossibili, sive ista talis sit ex natura rei, ut *Si Obimaram venatus fueris*, sive de facto, ut *Si aureum monrem dederis*, sive de Jure, ut *Si peiraveris*, contractus sub ea initus viciatur; ut obligationem & actionem non producat, *Reg. Impossibilium 145. ff. & Reg. Nemo 6. in 6.* propter defectum contentus, à contrahente alligati eventui conditionis: quæ, si impossibilis sit, impleri nequit, etiam si talis de Jure tantum sit; cum id solùm dicamur facere posse, quod facere possumus justè & honestè, *can. Faciat 15.* juncta *Glossa V.* *Quod pofet 22. q. 2. citr. Gomez Tom. I. cap. 12. n. 67. & Molina disp. 206. n. 7.* excepta tamen ultima voluntate & contractu matrimoniali; cùm ab his ob specialiæ eorum favorem impossibilis conditio rejiciatur, & habeatur pro non adjecta, *§. Impossibile 10. Insit. de Hared. insit. & c. fin. de Condit. appos.* ut ad hanc Rubr. pleniò tradetur.
73. Si contrahatur sub conditione possibili necessariò futura, vg. *Si eras sol. orietur*, contractus sub ea initus obligationem & actionem statim producit perinde ut, si initus esset purè, vel conditio de præfenti jam impleta, *I. Impossibilis 3. in fine ff. de V. O. & I. Si pupillus 9. §. 1. ff. de Novat. citr. Gomez cap. 11. n. 38. & Molina n. 10.* nisi contrahens conditionem vg. *Si boc anno Eclipsis erit*, necessariò futuram ignoraret; tali enim casu ex contrahentes mente obligatio ad Eclipsis futuræ diem suspenderetur, ut rectè observat Haunold *citr. tract. 8. n. 270.*
74. Si contractus ineatur sub conditio ne de futuro contingente, vg. *Si confecta fuero dignitatem*, obligationem & actionem ad rem promissam non parit ante conditionis eventum, sed hâc primum fecutâ, *I. Cedere cit. I. Is cui 42. pr. ff. de O. & A. & §. Sub conditione 4. Insit. de V. O.* Ad rem, inquam, promissam; quia, licet ista ante conditionis purificationem ex contractu debita non sit, ex isto tamen ex parte promittentis oritur obligatio & ex parte promissarii jus expectandi eventum conditionis, & spes consequendi, quod est promissum. Secus est in ultimis voluntatibus; cùm, si conditionatus heres, legatarius, fidei commissarius ante conditionis eventum decelerit, nihil juris ad hæredes transmittat, etiamsi conditio postea impleatur, *I. Unic. §. 7. C. de Caduc. toll. I. Si cum beras 4. & arg. à contrario I. Si post 5. ff. Quando dies leg. ced.* Ratio discriminis est; quia in contractibus semper intervenit factum, scilicet acceptatio personæ creditoris seu promissarii, qui contrahensib; sibi suisque hæredibus prospicere voluisse intelligitur, *I. Si Pastum 9. ff. de Probar.* Contrà in legatis, fidei commissis & supremarum voluntatum dispositionibus aliis personæ legatarii, fidei commissarii & hæredis factum & acceptatio non intervenit: sed sola voluntas testatoris, qui legatario, non etiam hæredibus ipsius gratificari voluisse præsumitur: & voluntatem suam ultimam usque ad supremum vitæ exitum revocare potest, si velit, *I. Quod si 4. ff. de Adimend legat. Covarruv. Prædic. cap. 39. n. 4. citr. Gomez n. 36. & Haunold. n. 290.*

Dubium hic & magni momenti controvergia est, an contractus initus sub conditione de futuro contingente, hâc impletâ purus & absolutus evadat sine novo consensu; sunt enim DD. aliqui, qui cum Victoria Relect. de Matrim. p. I. punt. 2. impletâ conditione novo contentu opus esse velint, ut contractus ex eoque orta obligatio absoluta evadat.

Aa aa a

Ratione

Ratione moventur eā; quodd̄ consensus conditionatus sit insufficiens & imperfectus; ac proinde eum, ut absolutus & perfectus evadat, perfici sit necesse: conditio autem sola, cūm illum non afficiat, perficere non possit, sed ad perfectionem opus sit novo actu voluntatis eum perficientis. Confirmatur hæc ratio; quia contractus conditionalis, licet initus jam esse videatur de præsenti, in rigore tamen est de futuro, & contrahentem solum obligat ad novum consensum præstandū casu, quō conditio fuerit purificata. Sed ratio hæc exigui est momenti; quia consensus conditionatus insufficiens est, & imperfectus dicitur, non quodd̄ ad ejus sufficientiam & perfectionem desideretur aliquid ex parte voluntatis, sed quod̄ posita non sit conditio, in quam est collatus: sicut contrā consensus, præstitus sub conditionē de præterito & præsenti, sufficiens & perfectus dicitur propter existentiam conditionis. Unde, sicut positā conditione de præterito & præsenti, sic etiam positā conditione de futuro consensus perfectus & ad inducendam obligationem absolutam sufficiens erit; Cūm enim, Caii JCTi sententia est, *semel conditio exitit, perinde habetur ac si ipso tempore, quō stipulatio interposta est, sine conditione facta esset*, l. Potior 11. ff. Qui pot. in pig. aut conditio jam exitit; quia *Conditionales venditiones*, & contractus alii, tunc perficiuntur, cūm impleta est conditio, ex responsō Ulpiani l. Hac venditio 7. pr. ff. de *Contrab. empt.* cūm enim sola istius positio ad perfectionem desideretur tempore initi contractus, istā positā contractus perfectus erit & absolutus. Quare melius contractum conditionale purum & absolutum evadere, & hujusmodi obligationem sine novo consensu inducere, utriusque Juris Interpp. & DD. plerique & satis frequenti calculo

TT. docent apud Sanchez Lib. 5. de lib. trim. disp. 8. n. 6. & Wadingum cit. ob. 6. §. 3. n. 3.

Atque hæc resolutio procedit: quod̄ tumvis conditionem impleram contrahentes ignorent; cūm eo ipso, quod̄ conditio existat, consensus conditionatus transeat in absolutum, & contractus perficiatur ferè, sicut matrimonium nomine absens a procuratore valide initus: et amisi, ab isto illud contractum principali mandans absens ignoret, e. fin. de frater. in 6. Ratio etsi quia iure, contractum conditionalem existentia breviter, conditionis notitiam non requiri quando contractus initur sub conditione de præsenti, l. Cūm præsens 37. ff. de Reb. crit. ubi Papinianus, *Si conditio inquisitur, stipulatio tenet, quamvis inre contrahentes ignorent*. Cujus ratio ulterius est; quia neque conditionis existentia neque voluntas se obligandi pander à fœtua, sed à sola existentia conditionis, cui contrahentium consensus est alligatus; ac proinde istā consensu supervenient contractus perficietur & obligationem producit absolutum: licet conditionis existentia ignoretur, Anchoran. in 5. Spec. eo 5. de Condit. apposit. n. 8. cit. Sanchez Lib. 5. disp. 8. n. 6. & Wadingum dub. 6. §. 3. n. 3. Unde

Dubium aliud nascitur, an contractus, sub conditione de future initio, in absolutum transeat, si à contrahentium altero consensu ante conditionis existentiam revocetur. Quia in re certum est, consensum ab uno illicite revocari, altero invitò; quia, juxta dicta, contractu conditionali promissario acquiritur ipsa consequendi, quod est promissum: visque, & hinc

& huic ex parte promittentis respondens obligatio expectandi & non impediendi eventum conditionis.

78 Quodsi contra hoc promissarii jus & obligationem suam promittens consenſum revocet, contractus conditionalis in abſolutum transitus aliquando, non ſemper impeditur. Et eum quidem aliquando impediti, patet exemplum matrimonii; cum iſtius contrahitum ſub conditione initium, conſensu à contrahentium altero revocatō, etiamſi conditio poſtea impleatur, in abſolutum non tranſire, o-  
mniaſi exploratum; quod matrimonium contrahatur mutuo & moraliter ſimultanè conſensu utriusque contrahen-  
tis, c. fin. de Procurat. in 6. qui conſenſus aperte deficit, ſi pendente conditione conſensus ab altero ſit revocatus; cum  
eius defectus neque à Jure neque ab ho-  
mīne alio ſuppleri poffit, ut in e. cit. no-  
tat Francus n. 3. Covarruvias p. 2. de  
Sponſal. cap. 4. pr. n. 9. & Barboſa in c.  
cit. n. 7. Simili modō, ſi venditor rem,  
ſub conditione venditam Titio, ante conditionis eventum vendat tradatque Cajo,  
poſterior venditio tenet, l. Quoties 15. C.  
de R. V. idēque eſt, ſi res ſub conditione  
Titio donata, poſtea revocatō conſenſu donetur ac tradatur Cajo, arg. 1. In  
traditionibus 20. C. de Paſſis Bruneman  
in 1. Quoties cit. n. 1, ut adeò venditio-  
nis ac donationis conditionata in abſolu-  
tam transitus, conſenſus revocatione  
cum ſecuta traditione conjurata, impe-  
diatur. Contrà, ſi res ſub conditione  
vendita vel donata uni, & poſtea conſenſu revocatō ſub conditione aut etiam abſolute vendita vel donata, non tamen tra-  
dita ſit alteri, venditio & donatio prima, ſuperveniente conditioni existentiā, ex  
conditionata in abſolutam tranſit, l. Quo-  
ties cit. non obſtantē revocatione con-  
ſensus ante existentiam conditionis, Jure

huic conſenſus revocationi refleſtente eām-  
que annullante, & conſenſus revocati de-  
fectum ſupplente, quando traditio non  
eſt ſecuta. Simili modō, ſi quis ſub con-  
ditione Caſtitatem vel ingressum Religio-  
nis voeat, adveniente conditione votum  
in abſolutum tranſit, ut vovens ad Caſti-  
tatem ſervandam vel ingressum Religio-  
nis teneatur abſolutē: quantumvis ante  
conditionis eventum conſenſum ſuum re-  
vocatēt, ut cum Card. de Lugo disp. 22.  
de f. & f. n. 384. tradit Haunold. cit.  
tract. 8. n. 301.

Quarto contrahi potest ſub Modo, 80.  
ſive alicuius oneris adjeſtione dispositio-  
nem temperandō, vg. Dono centum, ut  
pauperem alas, ut ſepulchrum mibi edifi-  
ces: qui modus contractui adjectus ob-  
ligationem non ſuspendit: creditori ta-  
men ſeu promiſario imponit gravamen  
ſive obligationem aliiquid preſtandi, l. 1.  
l. Qui rerum 2. & C de Donat. qua ſub mo-  
do. Modus enim à Conditione eō diſtin-  
giuitur; quod iſta contractus aliásve di-  
ſpositiones diſferat; ut effectum non con-  
sequantur, quoque ipla fuerit impleta: illi autem five modus diſpositionem &  
obligationem perſiciat, eāmque temperet  
oneris adjeſtione five reciprocā obliga-  
tionē aliiquid faciendi aut etiam non faci-  
endi. Unde conſelaneum eſt, quod, li-  
cet donatum ſub conditione peti nequeat,  
quoque conditioni exiſtat: peti tamen  
confeſſim valeat donatum ſub modo: &  
viciſſim, ſi petatur, à donatario praefunda-  
ſit cauio de modo exequendo, l. 1. cit. &  
l. Quibus diebus 40. §. fin ff. de Condit. S.  
demonbr. cit. Gomez Tom. 1. cap. 12. n.  
70. Molina disp. 208. n. 8. &, ſi donata-  
tus ante modi five oneris adiecti imple-  
tionem deceſſerit, hæres, qui de eo ex-  
equendo cautionem praefat, mittendus  
ſit in poſſessionem, Laiman cit. cap. 4.  
num. 6.

Aa aa a 2

Quinto

§1. Quinto contrahi potest Alternativè, sive sub disjunctione; ut contractu unam ex duabus rebus vg. equum aut cervum, vel rem aut quantitatem certam, uni ex duobus Titio vel Cajo, vel hoc aut illò loco vel tempore praestandi obligatio inducatur. Quò modò si contractus incatur, cuius, creditoris vel debitoris, electio sit, *Lb. 5. tit. 41. ad Regulam In alternativis 70. in 6. declarabitur.* Hoc loco relolvendum est

§2. Dubium, an alternativè debitorum unum eligendi jus transeat ad hæredem. In re inter DD. valde controversa & antiqui verisimilius, sive ex contractu sive ex ultima voluntate debitora sint, electionem tam debitori quam creditori competentem, eò mortuò, ad hæredes transmitti, censent Gomez cit. cap. 11. n. 41. eumque secutus Palao *Tract. 32. disp. 1. p. 9. n. 5.* in quam rem uterque allegat responsum Pauli, l. 76. ff. de V.O. cuius pr. JCT<sup>9</sup> iste ait, *Si stipulatus fuerim, illud aut illud, quod ego voluerò, hoc electio personalis est;* *E idem servo aut filio talia electione cohæret;* in hæredes ramen translatio obligatio & ante electionem mortuò stipulatore. Sed responsi istius tenor ritè ponderatus eis adverbiatur potius, quam patrocinetur; cum JCT<sup>9</sup> electionem differtè asserat esse personalem, & servo aut filio cohære: & in hæredes transmitti dicat solam obligationem.

Melius ea electionis ad hæredes transmissione fundatur in l. Illud 19. ff. de Opt. legat. ubi ejusdem JCT<sup>9</sup> de cafo legati alternativè ita reliquit, *Illud aut illud, utrum legatarius elegent;* perspicua in hac rem sententia est, Nullò à legatario electo, decedente eò post diem legati cedentem, ad hæredem transmitti placuit. Quā JCT<sup>9</sup> pronuntiatione non minus clara ratio est; quia, cum hæres succedat in universum jus defuncti, l. *Hæritas 62. ff. de R. J.*

cum transitoria ad hæredem obligationi principali etiam eligendi facultas illi acesatoria ad hæredem debet transmitti, *Reg. Accessorium 42. in 6.* nisi alio ipso contractu sit expressum.

Ne autem prius Pauli responsum huic ejus sententia adverbetur, illud referendum est ad cafum, quō quis, non sibi, sed alteri, ut filius & servus patris domino, tutor pupillo, procurator mandanti stipulatur; cum enim à tali in fluctuationem deducta electio inherentiplanti, istò ante electionem mortuò non jus eligendi, sed sola obligatio trahit eum, pro quo est stipulatus. Unde hic cafu electio est penes debitorum fecit, cum electionem quis stipulatus est in ibi; talem enim ad stipulantis hæredem transire, JCT<sup>9</sup> l. *Si stipulatus ei non negotiat, & l. Illud cit. affirmat, ut cum Accessor & Berchæ in l. Si stipulatus ei pr. obseruat Haunold. tract. cit. n. 327.*

Dubium etiam est, an ut una ex duabus alternativè debitis perempta debetur altera. In re fatis ambigua & obscura interesse existimo, an illa astricta vel neutrīs contrahentium culpa perempta sit: an, si culpa, hac fuerit debitor vel creditoris; cum, si perempta sit culpa creditoris seu promissarii vel ob mortuū ejus, cum offerretur, non recipiens debitor liberetur; ut neque superstitem neque peremptam estimationem præfereatur, l. *Stipulatus 105. ff. de V.O. ubi Zasius n. 1. & 3. & Gomez cit. cap. 11. n. 40.* Si vero perempta sit culpa debitoris seu promittentis, electio non perireat sed maneat intacta; ut creditor seu promissarius superstitem vel peremptam estimationem petere valeat, si forte praetiosior sit, ut cum Cuiacio in l. *Sicutum 95. ff. de Solut. notat. Bruneman ibid. n. 21.* Ratio utriusque est; ut sua cuivis mortuū aliave culpa, non alteri sit nocivæ, iuxta

*Reg. In condemnatione 173. §. 2. ff. &  
Reg. Mora 25. in 6.*

res neutrius morā aliāve culpā perīit, superites debetur, sive ea æqualis vel minoris, sive majoris æstimationis sit, quam perempta: neque satisfacit debitor, si creditore invitō perempta solvā æstimationem, *I. Stichum cit. pr.* quod ad hunc textum Berchau *pr.* & Bruneman. *n. 1.* exaudiunt de casu, quō electio est debitoris; cūm, si ita sit creditoris, in iutius arbitrio esse videatur, an perempta æstimationem, vel superstitionem præstare velit, *I. Cām res legata 47. §. 3 ff. de Legat.* ubi Bruneman. *n. 2. & 4.*

**84.** Contractus celebrare possunt omnes, qui pacisci: & de re quacunque, de qua pacisci eos posse, dictum est *in n. 20 & 41.*

**85.** Non tamen eō ipso; quōd pacisci & contrahere quis prohibeatur, vel non nisi certō modō Jure permittatur, contra hujusmodi Juris prohibitionem inita ab ipso pactū & contractus irriti sunt; cūm enim prohibere & irritare diversa sint, & multa prohibeantur, quē si facta fuerint, obtinente roboris firmitatem, *c. Ad Apofolcam 16. de Regular.* ad inducendam actū nullitatem fere necessarium est; ut Legalis vel Canonica sanctio, pacisci vel contrahere prohibens, contineat clausulam seu verba, pactionem vel contractum contra prohibitionem inicium irritantia, ut *Lib. 3. tit. 13. n. 64.* ostendetur.

**86.** Irritari etiam pacta & contractus legē vel canone duobus modis possunt. Unō quidem; ut ex illis contra prohibitionē initis non solum jus & actio non acquiratur ei, quocum pactus quis est vel contraxit: sed ulla etiam naturalis obligatio non oriatur ex parte pacifcentis vel contrahentis; quōd boni publici in-

tuitu legis vel Canonis conditor ipsius voluntatem reddiderit inefficacem, & impeditiverit; ne se, ut maximē vellet, obligare ullō modō posset. Alterō verō; ut ex pacto vel contractu non quidem oriatur obligatio Civilis, & qui pactus est vel contraxit, ex illis in Foro externo sive actione in judicio propositā conveniēti non possit: oriatur tamen obligatio naturalis, vi cuius in interno sive Conscientia Foro dare solvere aut præstare teneatur, quod promisit & solutum repetere non possit, *citt. Wading. Disib 2. dub. 2. n. 1. Haunold. Tract. 8. n. 180.* Unde

Dubium nascitur, an pacta & contractus lege vel canone irritati valore ita destituantur, ut neque Civilem neque Naturalem obligationem producant. In re, quām utili in praxi, tam inter DD. controversa, inhærendum censeo doctrinā de electione, sine canonica aliqua solemnitate celebrata, traditæ *Tit. 6. n. 19.* & naturalem quidem obligationem natūrā non existimō ex pactionibus & conventionibus irritis Jure Naturali vel Divinō, immo etiam humanō, munitō clausulā seu verbis, naturalem expreſſē, vel generaliter omnem obligationem excludentibus: ex iis autem, quā sola lege vel canone, hujusmodi verbis non munitis, sed simpliciter irritatae sunt, obligationem naturalem conscientiam adstringentem oriū, cum Panormit. *in e. 1. De in integr. restit. n. 19. & in e. Quia plerique 8. de Inmanit. n. 31.* verisimilius sustinet Sylvestter *V. Alienatio n. 12.* Navarrus *de Alienat. rev. Eccles. n. 17.* Rodriguez Tom. *1. Regular. q. 27. art. 10.* Azor *p. 2. Insti. Lib. 9. cap. 1. q. 8.* Laiman *Lib. 1. tr. 4. cap. 16. n. 9. & Pirrhing. Lib. 3. tit. 13. n. 36.* Ratio est; quōd, cum ejusmodi pacta & contractus in foro anima opligent spectatō Jure Naturali & Divini-

Aaaaa 3 nō, in

nō , in dubio illos etiam post legem vel canonem, eos simpliciter irritantem, in anima foro obligare , statuendum sit extra casus , quibus naturalem etiam obligationem sublatam legis vel canonis verbis est expressum ; ne à Naturali & Divino Jure recessus ultra , quād expressum est , porrigitur , contra Regulam e . Cū excedat 29. de Elect. in 6. & l. Pracipimus 32. C. de Appellat.

38. Quare, licet naturalem etiam obligationem non producant pactiones simoniacæ , contractus UIurarii & quicunque de re illicita iniiciuntur sunt , aut invitant ad delinquendum , & irriti ob defectum consensu ; quod talium nullitas descendat ex Jure Naturali & Divino : sicut & professio Religiosa , ante probationis integrum vel decimum sextum ætatis annum complectum edita , & renuntiatio bonorum à Novitio ante ultimos duos pro-

bationis mensis facta : nec non à prologo fine curatore & sine tutori à pupilli celebrati contractus , quatenus his eorum conditio non melior , sed deterior redditur ; quod eiusmodi professione & renuntiacione nullam obligationem induci , Trident. Sess. 25. cap. 15. § 16. de Regular. & difertur , naturalem enim ex hujusmodi contractibus prodigi & pupilli non nasci , ex iisque soluum repeti posse , expressum sit 1. I. cu 1. f. de P. O. & l. Pupillar. 59. ff. de 0. 8. d. licet, inquam , ex talibus actibus ne naturalis quidem obligatio oriatur : genitum carmen , sive ex omnibus pacts & contractibus , lege vel canon. etiam sine clausula , naturalem vel omnem obligationem excludeat irritatus , ullam etiam naturaliem obligationem non nasci , con- cito. aliisque DD. merito negatur.

## TITVLVS XXXVI.

### De Transactionibus.

#### S U M M A R I U M.

1. Definitio Transactionis,
2. Rem dubiam & non gratias plenionem exigentis.
3. Ejus differentia à Sententia & Juramento :
4. A Pacto & Contractu.
5. Non valet initia a consilio juris a lieni :
6. Nisi bujus scientia Transactionis se pervenient.

#### ARTICULUS I.

### De Natura & Vi Transactionis.